



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Replica Ioan. Eckii Adversvs Scripta secunda Buceri  
apostatæ super actis Ratisponæ**

**Eck, Johannes**

**Ingolstadii, 1543**

**VD16 E 416**

Zuinglij maliciosa detractio contra Eckivm.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30106**

na, & vult videri magnus disputator.

Manifestos abusus Papistarum defendit & excusat quæ  
stus & honoris gratia.

## EXPURGATIO ECKII.

**N**illus mihi sermo est candidè lector ad eos, qui vitæ  
meæ institutum & consuetudinem à pueritia in hâc  
meam ætatem nouerunt, qui non modo vident, sed tan-  
gunt apertissimas Buceri calumnias, & quàm impudenter  
& muliebri impotentia mentiatur. Alios vero, qui nullum  
habuerunt mecum vitæ commercium, precor per deum cœ-  
li & terræ, ne præbeant aures, nec credant calumnijs Bu-  
ceri ex mera inuidia euerberatis, ac hæresum fauore. Nam  
vir bonus, honestus & integer non ignorat hoc hæretico-  
rum per fugium. Fugiūt disputationes quàm diu possunt,  
ne tamen omnino videantur deserere causam suam, ægre  
disputationem suscipiunt, sed miris conditionibus septam,  
vt in Baden tota audiuit Heluetia. Imprimis autem cauēt,  
ne feratur iudicium, vt sic in potestate eorum maneat de-  
mentare plebem strophis verborum, ne videantur victi.  
Quod si sententia esset lata super disputatione, non possent  
huiusmodi sycophantijs illudere populo, quia haberent  
sententiam expressam contra se, nec tamen essent quieti,  
sicut Donatistæ lata contra eos in causa Cecilianii senten-  
tia, iudices calumniabantur, Augustino teste. Sancti quo-  
que Melchiadis Papæ & Martyris iudicium destruere vo-  
luerunt, sicut Ludderani Leonis Papæ X. felicitis record, sen-  
tentiam refellunt.

Omnis itaq; eorū conatus est, ne disputetur, multo ma-  
gis ne iudicetur. Sic Zuinglius cum cohorte hæretica per  
annum impediuit disputationem in Heluetijs. Et cum for-  
tissimi viri duodecim Contonum conclusissent disputatio-  
nē habendam, adhuc non quieuit Ismael, sed constituto me-

M ij iam

ECKIUS  
precatur.

Ludd. cas  
lumniose  
disputat.

Contra  
Cresco. li.  
3. cap. 6

Ludd. nos  
lunt dispu-  
tare.



Scelus  
Zuinglij,  
bubeticus.

iam in loco disputationis Baden, misit literas ad Oratores Heluetiorum, & me accusauit, quod diffamarem totam gentem Helueticam crimine pessimo. Huius euangelice, sperabat enim futurum, ut capitis subire periculum, aut tolleretur ad minus disputatione, aut saltem ut Oratores essent mihi infensi, & nullum fauorem mihi impartirent. At viri prudentissimi facile intelligebant Zuinglium illa pro malignitate sua ex inuidia contra me finxisse: nam si huius culpe reus fuisset, non tam libere me obtulisset disputaturum in loco extero, ubi ferme nemo mihi erat a facie notus per tanti itineris discrimen. Et

Zuinglius  
diffidens  
Heluetijs.

ego Austriacus committebam me eorum fidei & simplici saluo conductui, Zuinglius vero natus Heluetius nolebat se eorum fidei committere, nec saluum conductum acceptare cum fortissimis clausulis, quod fuisset sufficiens pro principe. Sed maliciose illa attulit: quid enim ad causam fidei, siue quis Austriacus esset, siue Heluetius, siue Iudaeus, siue Graecus? Sic Luther in medio disputationis Lipsicae renuit iudicium eorum, quod vel a principe, vel Academia deligeretur. Elegit tamen Vniuersitatem Parrhisiensem, quae eius errores damnauit, ut victor fuerim. At iudicium illud calumniatur, sicut Donatista.

Rom. 10

ECTIVS  
uictor Par  
rhisiensi  
sententia.

Hoc est, quod assumpsi, haereticos detrectare disputationem, & iudicium, sicut & Constantiensem. haeretici fecerunt, & Vlmensem. Rotenacker, & plures in Heluetijs Baden. Si autem disputauerint, breuibus id faciunt, remittentes se ad calamum, velut Luther Lipsiae recusabat amplius ascendere cathedram disputatoriam, me tamen disputationem in cathedra continuante. Ita ergo per dei gratiam fregi illorum animos, ut nec audeant disputationem inire, sed solum amicum colloquium petunt, ut Augustae, Vuormaciae, & Ratisponae.

Quo dis  
putant he  
retici.

Fol. 108

Et cum tam multa suggillauerit Bucer in Apologia optime dicta, cur nihil respondit ad meam oblationem, quam iam in fronte libri repetit, ut non possint non videre, si ad huc Luderanis placeret cum Eekio disputare.

Et